

beatorum martirum Dionysio, Rustico et Eleutherio, ubi ipsi domni corpore requiescunt in loco qui dicitur Cadulago, ubi * turma monachorum ad laudes Christi die noctuque adesse videntur, ut in alimonia monachorum et susceptione hospitem vel in elemosina senodiorum pauperorum viduarum orphanorum et in lumen ecclesiarum conferre debeam, ut dominus per suam misericordiam et intercessionem sanctorum et orationes monachorum et pauperorum me in pace et misericordia debeat recipere, qualiter portionem merear habere in vita beatorum. Ego Foleradus acsi indignus sacerdos vocatus, filius Riculfo et Ermengardae quondam^a, dono donatumque in perpetuum esse volo omnes res proprietates meae, quicquid de successionem parentum meorum mihi obvenit vel de dationes regum seu de comparato vel commutationes et traditiones, quantumcumque mihi et germano meo Gausberto traditum fuit et quicquid ipse germanus meus Gausbertus me tradidit, et villas denominatas, quae Teudricus me tradidit id sunt: Blitthario uilla cum appendiciis suis, Auricas, Machera cum appendiciis suis, Gamundiis cum appendiciis suis; similiter quantumcumque Hairbertus in ipsa loca habuit, et Cocalingas et uillare quae Hermelindis me tradidit; similiter Fechingas^b sub integritate^c. Similiter Fredishaim, similiter Undineshaim et Mauchinhaim et Benisthaim, quae Rothardus me tradidit cum appendiciis earum; similiter villas et loca, quae Uuido me tradidit, Germari, Audoldo uillare, Ratberto uillare, Gruntsinhaim, Ansulfishaim, Scaphirishaim^d; similiter et Uuidensola^e, ubi pretiosus Christi martyr Germanus in corpore requiescit, et reliquas res per loca diversa tam in Alisacius quamque in Mordinnauia, quem me Uuido tradidit^e et per mea prestaria modo usufructuario aliquas habet, Uualthario uillare, Tornugo uillare, Uictorningas, Adartereca uilla, Destrage², Hagraaldo uillare, Uuarnugo curte, Filicione curte, Sieramo curte, quantumcumque in Alisacius et Mordennauia et Brisingauia, quicquid mihi traditum fuit et datum per strumenta cartarum. Similiter in Saloinse et in Scarponinse et in Calmontinse et Blesinse et Rosalinse, quicquid in ipsos pagos visus sum habere, tam terris mansis campis pratis silvis vineis cultis et incultis aquis aquarumve decursibus mancipiis seruis ancillis litis, undecumque moderno tempore vestitus sum, totum et ad integrum, gregis cum pastoribus et omnes suppellectiles a partibus sancti Dionysii a die presente pro animae meae et genitore meo Riculfo et genetrice mea Ermengarde et germano meo Gausberto et Bonefacio et sorore mea Uualdradane et pro genealogia^f mea, ut per intercessionem sancti Dionysii a die presente cum sociis suis mereamur adipisci vitam aeternam. Similiter Salona, ubi aedificavi aeclesiam in honore sancte Mariae, ubi requiescunt sanctus Priuatus martyr, sanctus Hilarus confessor, quicquid ibidem datum fuit de conlatu populi et ipse populus me tradidit, omnia et ex omnibus, sicut per testamentum meum iam confirmavi, a partibus sancti Dionysii ipsa cella debeat aspicere, tam illas commutationes, quae cum Angalramno episcopo feci, quamque et reliquas commutationes.

a) 'quondam'. b) Das kursive 'f' hier und später Z. 20 in Afti von 'r' nicht deutlich geschieden; dass der Schreiber trotzdem gleich seiner Vorlage 'f' setzen wollte, geht aus der Wiederholung der gleichen Form in Fredishaim Z. 8 sicher hervor. c) Der Text von C stimmt hier mit dem ursprünglichen von A überein; vgl. oben S. 194 f. d) 'Germari — Scaphirish' von gleicher Hand in etwas grösserer Schrift über Rasur. e) 'tradidit'. f) Ursprünglich 'proneologia', Korrektur dadurch versucht, dass unter das 'n' ein 'g' gesetzt wurde.